

202

b iij

prophetam oues meae oues scae sunt dicit dns & iterum saluator, dicit in eu
angelio oues meae uocem meam audiunt. & non puto quia dixisset de hominibus
oues meae uocem meam audiunt. & non puto quia dixisset de hominibus quia
uocem meam audiunt sed oues. Sed hec qui habet aures audiendi audiat. quo
modo uocem audiunt oues. homines autem uerba eius audiunt. Ista ergo sunt
animalia munda (munda) quidem propter xpm. morticina autem propter peccatum
quae si quis tetigerit in peccato inmundus erit. & si quis huiusmodi homi
nis morticinum contigerit. id est eius qui secundum rationem uiuens primo.
& in uerbo dei sem & ipsum exercens postmodum decidit in peccatum. Si quis
eum sequatur aut imitetur hominis contigit morticinum. & erit inmundus
Sed & a fera captum si tetigeris inmundus eris, quae est fera leo est an lupus
que rapit homines uel iumenta. Illa credo fera est de qua dicit petrus apos
tolus. quia aduersarius uester diabulus sicut leo rugiens circuit querens
quem transuorat cui resistite fortes in fide, & rursum de quibus dicit aposto
lus paulus, Intrabunt enim post discessum meum lupi rapaces. non parcen
tes gregi. ab istis ergo feris captum si uideris. noli eum sequi. noli contingere
ne & tu efficiaris inmundus, sunt preterea & alia inmunda animalia. quorum
morticinum uetat contingi. Inmunda animalia sunt. homines qui extra xpm
sunt in quibus neque ratio neque relegio ulla est. horum ergo omnium
morticina id est peccata si uideas dicit tibi legislator. ne contigeris ne ad ta
minaueris ne ad trectaueris. & ista sunt inmunditiae. quae merito refugi
ende sunt, hominis autem tactum refugere uel mortui corporis cui ma
gis sepultura relegiose deferenda est. Iudaica hec sunt & inutiles fabulae.
speciem quidem pietatis habentes, uirtutem uero ipsius denegantes. pri
ma ergo lex de inmunditiis data est. si quis iuramenti alicuius uel delic
ti testis fuit. & non indicauit & per hoc inmundus quodam modo effec
tus est & iam ipse societate peccati. Secunda lex qua contingere inmun
dum aliquid ac morticinum uetatur. tertia nunc lex promulgatur
huiusmodi & anima inquid quae iurauerit pronuncians labiis suis male
facere aut bene facere secundum omnia quecumque dixerit homini

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0409